infirmũ in platea iacentē deſolatũ ⁊ neminem cũ eo ipm̄ ↄſolantē. In hora exit⁹ vidit michaelem archangelũ ⁊ gabrielē cũ alijs angel' cũ gaudio educētes aiam eius in refrigeriũ vite eterne. Ecce pfectio ex ſimplici ꝓpoſito ſalubrior fuit q̄ȝ illa ex voto. q: iuſticia ſimplicis ꝓpoſiti pfectior fuit ⁊ abundantior. Jo Prouer. xv. In abundātia iuſticie v̄tus maxima eſt. y Attamē ſciendũ pfectio illa eſt triplex. Prima eſt abſoluta cui nihil deficit. illa erit in celis. vbi erit ſtatus omniũ bonoꝝ aggregatione pfectus. Scḋa eſt pfectio v̄tutis que excludit oē illud qḋ charitati ↄtrariũ eſt. de qua Amb. Perfect⁹ nihil aliud q̄rit niſi pclarũ bonũ: qḋ eſt de⁹. ⁊ talē habuit abraā Gen. xvij. Ambula coram me ⁊ eſto pfectus. Tercia pfectio eſt q̄ nõ ſolũ vitat qḋ eſt charitati ↄtrariũ. ſed etiā oē qḋ impedit: ne totus anim⁹ in deũ ſit erectus. vt tpalia: ꝓpria volũtas. Unde Raban⁹. Perfect⁹ chriſti ſeruus nihil q̄rit poſſidere preter chriſtũ. q̄l' fuit apl's Philip. iij. Omnia arbitrat⁹ ſum vt ſtercora vt chriſtũ lucrifacerē. ⁊ ſic quilibet religioſus renuncians tempalibus ⁊ ꝓprie volũtati conatur ad pfectionē. Unde Bern. Sunt multi q̄ tota vita ad pfectionē tendũt. ⁊ tamē nunq̄ȝ attingunt. ſed cũ p vitam deficiũt redditur eis qḋ diſpenſatorie hic negat. Idcirco oēs religioſi ſemp debent ad pfectionē conari ⁊ nũq̄ȝ ſe pfectos reputare. ⁊ plus meditari q̄d eis deſit q̄ȝ quod aſſit. eo q̄ dicit Bern. Nemo tã pfectus eſt qui pfectior eſſe nõ poſſit. Idcirco iuſticia coꝝ debet eſſe abundantior. ſi volunt ingredi vitam eternã.

De eadem dominica.
Sermo. CXVII.

Niſi iuſticia veſtra abũdauerit plus q̄ȝ: vbi ſupra. Z Nota ex quo in pſenti euãgelio agitur de iuſticia q̄ eã Bern. in ſermone xxiij. ſic deſcribit di. Iuſticia eſt virt⁹ reddēs vnicuiq̄ȝ qḋ ſuũ eſt. ſupiori. equali. inferiori. ſibipſi. Primo ſupiori. ſupior noſter deus eſt. noſter dñs. noſter pater. noſter iudex. Jō rõne ſingulorũ aliq̄d reddere deo tenemur. Primo q: domin⁹. ideo rõne dominij tenemur ei ſubiectionē ⁊ obedientiã ad oīa ei⁹ mandata. Deutero. viij. Dñs deus tuus erudiuit te vt cuſtodias mandata ⁊c. Domin⁹ enim de⁹ tuus introducet te in terrã bonã. terrã riuorũ ⁊c. Riuus lactis eſt gaudiũ de humanitate. riuus mellis de diuinitate. ideo Mathei. xix. Si vis ad vitã ingredi ſerua mandata. Eccl. xv. Si volueris mandata ſeruare ↄſeruabũt te. Eccl'es. viij. Qui cuſtodit p̄ceptũ nõ experietur quicq̄ȝ mali. Jtē ad hoc terret cõminationibꝯ. Deutero. xxviij. q̄ ſi audire nolueris vocē dñi ⁊c. Sequitur. Uenient ſup te oēs malediciones iſte ⁊ apprehendēt te. maledictus eris in agro. in ciuitate. in horreo maledictus fruct⁹ ⁊c. Secũdo de⁹ eſt noſter pater. ei rõne paternitatis tenemur ei dilectionē q̄ omnes filij naturaliter patres ſuos diligunt. Matth. xxij. Diliges dñm ⁊c. Bern. Magna res eſt charitatis amor. Sed ſunt in eo gradus. Prim⁹ incipientiũ quo deũ ſup omnia diligim⁹. Bern. Tũc infimũ gradũ amamus charitatis cũ nihil ſupra deũ vl' equaliter deo diligim⁹. Mat. x. Qui amat patrē vl' matrē plus q̄ȝ me: nõ eſt me dign⁹. Jdo ad iſtũ requirit q̄ poti⁹ oīa dimittat q̄ȝ deum. Secũdus gradus altior ⁊ nobilior quo deus in oībus diligit. ſcȝ q̄ in oībꝯ que hõ agit intendit amorē dei: ⁊ in oībꝯ que cogitat vel facit querit ſolũ deum finaliter. ⁊ iſte grad⁹ q̄rit deum in cibo ⁊ potu: ⁊ in omnibus que agit. Tercius gradus quo deum ſimpliciter diligimus. iſte gradus amoris adeo validus eſt cunctis renuncians affectionibꝯ oēs alios amores expellit. In hoc gradu ſtetit apoſtolus Philip. iij. Omnia arbitratus ſuȝ ⁊c. et am mortem. Canticoꝝ. viij. Fortis ē vt mors dilectio. Aug. Ingratitudo deſpicit in tantũ diligit. Tercio de⁹ eſt iudex nr̄. iō tenemur ei timorē ⁊ ſubiugationē. nã ipe eſt adeo iuſt⁹ iudex q̄ rõne iuſticie nullũ relinq̄t pctm̄ impunitũ. ſcḋm aplm̄ Ro. iij. Omēs peccauerūt ⁊ egent gr̃a dei. iō oēs tenemur ei timorē. Eccl. i. Qui ſine timore eſt non poterit iuſtificari. Bern. Timor ⁊ religio ſunt annexa. vnuȝ nõ ſtat ſine reliq̄. Criſ. Facile deuiat a iuſticia q̄ nõ timet deũ ſed hoīem. Jō de oībus iuſt' cuȝ legit' timor dñi addicit. vt patȝ de iob. Job. i. Uir erat i terra hus noīe iob. ⁊ erat vir ille ſimplex ac rect⁹ timēs deũ. Lu. ij. de ſymeone. ⁊ erat hõ iſte iuſt⁹ ⁊ timorat⁹. A Scḋo tenemur exigēte iuſticia eq̄li. ſ. primo. ⁊ pmo cõgratulationē in oībꝯ bõis. ſcḋo in mal' cõpaſſionē. tercio in dubijs piã diiudicationē. hec eñ tria nob' cupim⁹ exhiberi. iō ex debito caritatis q̄ tenemur ꝓximos diligere ſic nos ipſos. eadē etiã ꝓximis impendere ſtudeam⁹ ſi nolumus mandati ſui fore tranſgreſſores. Primo tenemur de oībus bonis ↄgratulationē. vt ait cris

gaudeam⁹ ex affectu q̄ſi nobis pueniſſent. vt hortamur de hoc Eccl. xxij. Fidē poſſide cum amico in paupertate illi⁹ vt ⁊ in bonis illi⁹ leteris ad Ro. xij. Gaudete cū gaudentib⁹. flete ⁊c. Eccl. xxvij. Dilige pximū ⁊ ↄiūgere fide cū illo. ſcꝫ vt facias bonū illi ſicut ⁊ tibi. Scd̄o in malis tenemur cōpaſſionē. quā iuſticiā docꝫ ap̄ſus Ro. xij. flete cū flentib⁹. illā iuſticiā habuit Job. xxx. Flebam quondā ſup eo q̇ afflictus erat. ⁊ cōpaciebat̄ aīa mea paupi. docet nanqꝫ Salo. puer. xxiij. Cū ceciderit inimicus tuus ne gaudeas. ⁊ in ruina ei⁹ ne exultet cor tuū. ne forte videat dn̄s ⁊ diſpliceat ei et auferat ab eo iram ſuā. Dicit̄ eni Prouerbio. xvij. Qui in ruina letat̄ alteri⁹ nō erit punit⁹. Tercio in dubijs piā ↄiudicationē. vt q̇cq̇d de eis fuerit viſum ⁊ auditū: hoc pie et charitatiue iudicem⁹. Eccl. iiij. In iudicando eſto pupillis miſericors. Ro. xiiij. Tu q̇s es q̇ iudicas alienum ſeruū: dn̄o ſuo ſtat aut cadit. Bern. Caue ſerue dei quē imitari nō vis ↄdēnare videaris. caue aliene ↄuerſatiōis eſſe curioſus inueſtigator: aut temerari⁹ iudex. Etiam ſi perperā actū rephendis. ne ſic iudices pximū magis excuſa intencionē ſi opus nō vales. puta ignorantiā. puta ſubrepcionē. puta caſum. qd̄ ſi nō potes ſuade tibi ipi. q̇d de me illa tēptatio feciſſet ſi in me p̄ſtātē accepiſſet.

B Tercio exigente iuſticia inferiori aliqua tenemur. ſi nō habem⁹ inferiores. tūc nobiſipis tenemur tria. Primo pctm̄ relinquere. Hiero. in ep̄la ad filiā maurīcij. Juſticia nihil aliud eſt q̄ꝫ nō peccare. De quo puerbi. xiij. Juſticia cuſtodit innocētis viā. vn̄ Proſius. Si q̇d min⁹ vel magis aliq̇s facit q̄ꝫ iuſticia patit̄ iniuſtus eſt. Scd̄m qd̄ tenemur nobis pterita pc̄ta punire Aug. Homo puniat pctm̄ in ſeipo vt nō puniatur pro illo. Primo debet pc̄ta punire p ↄtritionē. Grego. Jā iuſtus fit q̇ illud qd̄ contra iuſticiā fecit p lachrymas punit. Scd̄o debem⁹ punire peccata p confeſſionē. Prouer. xviij. Juſt⁹ prior ē accuſator ſui. Tercio debem⁹ punire pc̄ta p ſatiſfactionē. Vn̄ Prouer. xvi. Initiū vite bone eſt facere iuſticiā. Tunc implet̄ illud qd̄ ſcribit Aug. de gratia ⁊ libero arbitrio. ſi homo ē punitor de⁹ eſt defenſor. Tercio tenemur nobiſipis ex iuſticia bona agere. Iſido. Ille veraciter iuſtus ē qui vicia ſupplantat et in bonis opibus finaliter pſeuerat. De talib⁹ dicit Ps. cv. Beati qui cuſtodiūt iudiciū ⁊ faciūt iuſticiā in omi tpe. Et merito dicunt̄ beati rōne opatiōis iuſticie. Primo ex illo. q: illorū

aīa ex deo naſcit̄. Vn̄. i. Joh. iij. Omis qui facit iuſticiā ex deo nat⁹ eſt. Scd̄o p iuſticiam homo a deo acceptat̄. Actu. x. In omni gente qui timet deū ⁊ opatur iuſticiā accept⁹ eſt illi. Tercio p iuſticiā a malo pene cuſtodit̄. Dan. vi. Deus me⁹ miſit angelū ſuū ⁊ ↄcluſit ora leonū ⁊c. quia corā eo iuſticia inuēta eſt in me. Quarto p iuſticiā ſedes in celo preparatur. ps. lxxxviij. Juſticia ⁊ iudiciū preparatio ſedis tue. Et Eccl. xx. Qui opatur iuſticiā ipe exaltabitur. Quinto p iuſticiā homo a morte eterna liberat̄. Prouer. xi. Nō proderunt diuitie in die vltionis. iuſticia autem liberabit a morte. Sexto p iuſticiā hō ſaluat̄ Eccl. xx. Salus anie in ſanctitate iuſticie. Figurat̄ Gene. vij. dixit dn̄s noe. Ingredere tu et omis domus tua in arcam. te enim vidi iuſtum coram me. Per arcam intellige regnū celi. q: eſt habitatio iuſtorū. iuxta illud ps. xiiij. Dn̄e q̇s habitabit in tabernaculo tuo. Rn̄det. q̇ opatur iuſticiā. Ideo puer. xxi. Qui ſequit̄ iuſticiā ⁊ miſericordiā inueniet vitā. vt ptꝫ de traiano qui propter iuſticiā exhibitā vidue liberatus fuit per pces ſancti gregorij. Vide in vita ſancti Gregorij.

De eadem dominica.
Sermo. CXVIII.

Audiſtis q: dictū eſt antiq̇s. nō occides. q̇ aūt occiderit reus erit iudicio. Ego aūt dico vob. q: oīs q̇ iraſcit̄ fratri ſuo re⁹ erit iudicio. Mat. v. C Iſta ē ſcd̄a ps pncipalis iſti⁹ euāgelij in q̇ vt dixi docet iracūdie frenationē. ⁊ iracūdia ↄſiſtit in trib⁹. ſ. in corde. ore ⁊ ope. De iracūdia cordis dr̄ in textu. Omis q̇ iraſcit̄ fratri ſuo. ſ. in corde re⁹ erit iudicio. Sꝫ dī. vtrū chriſt⁹ hic inhibuit omnē irā. Rn̄det̄ q̇ nō. q: q̇dā ira ē bona ⁊ licita. q̇dā venial̄. q̇dā vero mortal̄. Pro q̇ ſciendū ira octo mōis fit. Primo qn̄ hō iraſcit̄ ſup peccatū ppriū vl̄ alienū in eo q̇ fecit ↄtra deū. illa eſt laudabil̄. de q̇ Ps. iiij. Iraſcimini ⁊ nolite pec. Eccl̄s. vij. Melior eſt ira riſu. q: p triſticiā vult⁹ corrigit̄ anim⁹ delinquētis. Contra qd̄ faciūt adulatores q̇ laudāt mala i. primū vl̄ rident de eis q̇ ſunt ↄtra honorē dei ⁊ ſalutē aīaꝝ. ⁊ tales faciūt ſe pncipes oīm maloꝝ illoꝝ. de q̇ Ro. i. Nō ſolū q̇ ea faciūt ſꝫ etiā q̇ cōſentiūt facientib⁹ digni ſunt morte. nā peccato fratris ſemp eſt iraſcendū. q: hec eſt ira per zelū. de qua Aug. Fratri nō iraſcit̄ qui peccato

fratris iraſcit. ⁊ ſic helyas irat⁹ eſt cõtra ſacer/
dotes ydolorũ balaal. iij. Reg. xviij. ſilr ⁊ mata
thias ꝯtra cultores ydoloꝝ. i. Mach. ij. ſic et
xp̃s cõtra ementes et vendẽtes in tẽplo. Joh.
ij. Sic ⁊ moyſes ꝯtra ydolatriã quã fecerũt fi
lij iſrl' cũ vitulo ꝯflatili iratus eſt. ita ꝙ vigin/
titria milia hoim occidit. ⁊ hec ira eſt lauda/
bilis. qꝛ eſt ſignũ ꝙ ſunt filij dei. qꝛ nõ poſſunt
ſuſtinere iniuriã dei. Dicit eni Criſ. Si ira ꝑ
zelũ nõ fuerit nec doctrina ꝓficit. nec iudicia
ſtant. nec crimina cõpeſcunt. Et ſubdit Criſ.
Nõ iraſci vbi iraſcendũ eſt. pctm̃ pcto adde/
re eſt. Scda ira eſt tolerabilis qñ ſubito ⁊ ſi/
ne deliberatione rõnis ⁊ cito tranſit. ⁊ hec ẽ ve
nialis. D Sed tercia irã eſt qñ quis ira
ſcitur ⁊ in modico ſe vult vindicare: cũ etiam
poſſet ſe vindicare in magno: ⁊ nõ vult ꝓpter
deũ. talis ira ⁊ cõmotio ꝓpter paruitatez vin/
dicte põt ſolũ eſſe pctm̃ veniale vt trahendo
puez ꝑ crines. Quarta eſt ira cũ qs iraſcitur
in ſeipo ⁊ impatiens efficit: ⁊ tñ in nullo vult
vindicari nec v̄bo nec facto oñdere. Et h̄ qñ/
qꝫ ꝯtingit ex naturali cõmotione: ⁊ ſic eſt ve/
niale pctm̃. Vñ Caſſiodo. Venialis ira eſt q̃
nõ ducit ad effectuz. Quinta ira eſt cũ qs ira
ſcitur cũ deliberatiõe et ꝯſenſu rõnis. ⁊ in aĩo
cogitat quõ ſe poſſet vindicare. licet h̄ nõ oſtẽ
dat. Et tal' ira deliberata eſt pctm̃ mortale. Et
taliter iraſcẽs quis reus erit iudicio. qꝛ dign⁹
eſt vt ad iudiciũ dei citetur. Et q̃liter illud ꝓ/
ceptũ. diliges proximũ tuũ ſicut teipm̃ ſerua/
uit requirẽt ab eo. Hec ira turbat ſpũſſancti
hoſpitiũ. De quo Grego. Dũ ira animũ pul
ſat ſpũſſancti hoſpitiũ turbat. ſignãter qñ pe
tit vindictã nõ ꝓpter iuſticiã vl' demeritum.
ſed ſolũ in vltionẽ: ⁊ preter iuſticiã ⁊ pl⁹ q̃ꝫ de/
meruit ordine debito pretermiſſo. De hac ira
habet Job. v. Virũ ſtultũ interficit iracũdia
⁊ Jaco. i. Ira viri iuſticiã dei non operatur.
E Sexta ira eſt qñ nõ ſolũ in corde tenet:
ſed etiã ꝑ ſigna exteriora oſtendit. vt qui non
vult loqui cũ proximo: vl' auertit faciẽ vel re/
ſpicit eũ toruo vultu. Et qñ debet obuiare a/
licui tũc aliã plateã vadit. vl' oculos inclinat
ne eũ inſpiciat. ⁊ talis reus erit ꝯſilio. de q̃ tex
tus. qui dixerit fratri ſuo racha reus erit cõſi/
lio. Racha ſm̃ Remigiũ eſt interiectio indi/
gnantis. conſiliũ autẽ equitatis eſt: ꝙ eadem
menſura remetietur eis. ſicut ipi ꝓximis ſuis
ſigna ire oñderunt. Sic chriſt⁹: maria et om/
nes ſancti oñdent irã indignatiõis eius ipis.
Chriſt⁹ oñdet eis iram ſuã ꝙ nunq̃ꝫ eum lete
videbũt ⁊ nunq̃ꝫ eis miſerebit. Maria ⁊ om
nes ſancti oñdent eis irã ꝙ nõ orabũt pro eis
Juxta illud Jere. vij. Noli orare ꝓ pplo h̄
nec aſſumas ꝓ eis laudẽ ⁊ orõem ⁊ n̄ obſiſtas
mihi. quia nõ exaudiã te. nam tales nõ habe
bunt ſuffragiũ ſanctorũ. vt patet i diuite Lu.
xvi. qui petiuit guttã aque ⁊ nõ obtinuit. nec
habebunt auxiliũ ſanctorũ angelorũ. quia an
geli exibunt ⁊ ſepabunt malos de medio iuſto
rũ ⁊ mittent eos in caminũ ignis ⁊c. Matth.
xiij. Job. xxxvi. Non te ſuperet ira vt aliquẽ v'
opprimas. ⁊ apl's Ephe. iiij. Sol non occi/
dat ſup iracundiã vram. ſilr Leui. xix. Nõ q̃
ras vltionẽ nec memor eris iniurie ciuiũ tuo/
rum. quia dicit Prouerb. xxvij. Graue eſt ſa
xum ⁊ onerosa arena. ſed ira ſtulti vtroq; gra/
uior. ⁊ Prouer. xxvi. Sicut carbones ad pru
nas et ligna ad ignem. ſic vir iracundus ſuſci
tat rixas. F Septima ira eſt qñ nõ ſolũ
oſtenditur ſignis ſed etiã exprimitur verbis
⁊ vituperijs. talis erit reus gehẽne ignis. Vn
de dicit hic. Qui autẽ dixerit fratri ſuo fatue
reus erit gehenne ignis. ſi talis reus eſt q̃ di/
cit fatue proximo ſuo eum ꝯfundendo. quid
tunc reus erit ille qui dicit aliquẽ innocentez
furem latronẽ ⁊ nequã ex ira ⁊ clamore vt ab
alijs audiatur ⁊ corã eis ꝯfundatur. talis re⁹
eſt. et iuſticia dei requirit hoc vt eadẽ menſu/
ra remetiatur ei: ſcꝫ ꝙ deus abijciat eũ in ꝓfun
dũ corã ſanctis ⁊ angelis dei ſicut ipe cõfudit
proximũ. et ſicut ipe maledixit alijs ſic incur/
ret maledictionẽ eternã. audiẽs cũ maledicti
illud Matth. xxv. Ite maledicti ⁊c. Qui au
tem innocẽs eſt ⁊ ſuſtinet patienter maledicti
onẽ ꝓpter deũ. de⁹ ꝯuertet maledictionẽ in be
nedictionez. Ps. cviij. Maledicent illi ⁊ tu
bñdices. de q̃ Aug. Qui iuſt⁹ eſt ⁊ iniuſte ma/
ledicit: ꝑmiũ ei ꝓ maledictiõe reddet. Mat.
v. Beati eſtis cũ maledixerint vob homines ⁊c.
qm̃ merces vr̃a co. eſt in celis. De tali ira ſcri/
bitur Eccl'es. vij. Ne ſis velox ad iraſcenduz.
qꝛ ira in ſinu ſtulti requieſcit. Reuera ſtulti.
qꝛ ira oculũ rõnis excecat. pſ. vi. Turbat⁹ eſt
a furore o. m. Gre. Dũ ira animũ pulſat mẽ/
bra trepidat. oculos inflãmat. notos non no
ſcere facit. ore clamat ſꝫ intus qđ loquitur igno
rat. ſicut eni olla bulliens pinguia cũ fecibus e/
mittit. ſic iracũdus cũ veris falſa pmit. Vñ ca
tho. Impedit ira ⁊c. Ira facit hoiem ꝑcipita/
re in foueã pctĩ. puer. xxix. Vir iracũdus pro
uocat rixas. ⁊ q̃ ad indignãduz facilis eſt. erit
ad peccãdũ ꝓcliuior. Aug. Iracũdia eſt mul
toꝝ vicioꝝ ianua. q̃ clauſa virtutibꝫ dabitur
requies. q̃ aperta ad oĩa facin⁹ hõ erit parat⁹.

Octaua ira eſt q̄ pcedit ad factū ꝛ opꝰ malū
ↄtra ꝓximū. ſicut pcutere vulnera vl' occidere
vl' minas īponere ↄ deū ꝛ ↄ iuſticiā. ꝛ h̄ ē val/
de magnū pctm̄. qꝛ occidere ꝓximū vl' effun/
dere ſanguinē innocentē eſt pctm̄ de q̄tuoꝛ ī
celū clamātibꝰ. vñ Gen. iiij. Vox ſanguinis
fratris tui abel clamat ad me de terra. nūc igit̄
maledictꝰ eris ſup terraꝫ q̄ apuit os ſuū ꝛ ſu/
ſcepit ſanguinē fratrꝭ tui de manu tua. cū opa
tus fueris eā nō dabit tibi fructꝰ ſuos. h̄ dcs
ꝙ terra eſt maldicta q̄ ſanguinē innocētē ſuſce
pit: ꝛ q̄ innocentē ſanguinē fudit ↄ deū ꝛ iuſti
ciā. ḡ q̄cūqꝫ ex ira vl' vindicta ledit vel pcutit
ꝓximū vl' vulnerat peccat moꝛtalr̄. totiēs q̄ti/
ens. ❡ Circa qđ q̄rit̄ vtꝝ vir pcutiēs vx
oꝛē ꝓpriā peccet moꝛtalr̄. Rn̄r. ꝙ nō. ſi cā coꝛ/
rectionis ꝛ moderate h̄ facit. qꝛ ſupioꝛ hꝫ coꝛ
ripe inferioꝛē. ſꝫ vir eſt caput mlieris ꝛ nō ecō
uerſo. Vñ Gen. iij. dixit dñs ad euaꝫ. Sub
ptāte viri eris: ꝛ ipe dñabit̄ tui. Si aūt ex vin
dicta ꝛ ira ſine cā eā ledit vl' pcutit peccat moꝛ
taliter. Aduertendū aūt de illis q̄ offenſi ſunt
ab alijs in taberna ſiue alias q̄ nō pñt ſe in eis
vindicare. ſꝫ illā vindictā inferūt ſuiſ vxoꝛibꝫ
ſine cā. ꝛ in h̄ grauiter deū offendūt. Jō ſciendū
ꝙ mlieres dñt eſſe patiētes ꝛ mutes. in cuiꝰ ſi/
gnū hñt voces lenes ꝛ ligant colla cū peplis
mollibꝫ: in ſignū ꝙ dulciter rñdere debēt iuis
iracūdis maritis. ꝛ ꝑare irā ſuis mollibꝫ rñ/
ſis. iuxta illđ ꝓuer. xv. Rñſio moll' frāgit irā.
ſmo durꝰ ſuſcitat furoꝛē. iō mlieres ꝑcipue de
bent cauere irā. Eccl. xxv. nō eſt ira ſup iram
mulierꝭ. Vñ legit̄ de mliere iracūda q̄ ſe repu
tabat deuotā in ieiunijſ ꝛ oꝛōibꝫ. ſꝫ h̄ viciū ꝑn
cipaliter in ſe hēbat. vt q̄cūqꝫ eā ſel' offendiſſet
illū āpliꝰ nō dilexit. ꝛ nēo vindictā ꝛ iracūdi/
am ab ea potuit remouere. tandē grauiter infir
mata ↄfeſſa fuit alia pctā oīa. ſꝫ illud viciū nō
ↄfitebat̄. ꝛ cū ſacerdoſ ptidē apuit corpꝰ dñi
ſibi poꝛrigēs os ſuū clauſit ꝛ ad pietē ſe vertit
di. corā ſacerdote ꝛ oī pplo tūc pñte. ſicut ſēte
bā me ſepe ab alijs q̄ me offenderūt. ꝛ nūqꝫ eis
ex coꝛde induſi: nec āmodo eos dilexi. ꝛ cōti
nue in iracūdia ſteti. ſic deꝰ ſētit ſe a me. ita vt
nunqꝫ miſicoꝛditer recipiet me. nec ego eū vn
qꝫ in regno celoꝝ ꝓpter meā irā videbo: ſed cū
oībus iracūdis infernū intrabo. vbi eternalr̄
ter cū oībꝫ dānatis ardebo. ꝛ ſic expirauit.

De eadē dominica. Sermo. CXIX.

AVdiſtis qꝛ di
ctū eſt antiqs. nō occides Mat
thei. v. D Sciendū ergo q̄ p̄ns euāgeliū
facit mentionē de iuſticia. Notādū eſt vt dic
Sen. iuſticia ↄſiſtit in tribꝫ. ſ. in innocētia. be
neficētia ꝛ obediētia. Pꝛīo in innocentia. de q̄
ſatis dictū eſt in ꝑoꝛibꝫ ſmōibꝫ. Scđo in be/
neficētia ꝓximi. vt ꝓximꝰ nō ledat̄ in coꝛde ꝑ
rancoꝛē. in oꝛe ꝑ maledictionē. in ope ꝑ coꝛpa
lem leſionē. mō īter coꝛpales leſiōes maxia le/
ſio ē homicidiū. qđ ꝓhibet̄ in v̄bis ꝓmiſſiſ di.
Nō occides. h̄ manichei recepūt originē er
roris dicentes neminē debere occidi. nec aīal
brutū nec hoīeꝫ. qđ eſt falſuꝫ. nā ds dedit hoī
bus ptātē ſup bruta di. Gen. i. Dñamini pi/
ſcibꝫ marꝭ ꝛ volatilibꝫ celi: ꝛ vniūſis aīantibꝫ
q̄ mo. ſup ter. Nā di. ſctūs Tho. ij. ij. q. lxiiij.
nō peccat q̄ vtit̄ re ſua ad h̄ ꝓut oꝛdiata ē. ſed
deꝰ oꝛdinauit aīalia ad vſuꝫ hoīm. igit̄ eis vti
nō eſt pctm̄. Jō ſm Aug. de ci. dei ſic eſt intel/
ligendū. nō occides. ſ. hoīeꝫ: nec teipm in pri/
uata pſona. nec coꝛpalr̄ nec ſpūalr̄ a teipo. di/
cit notāter a teipo. qꝛ ex ſpūſctō vt ſamſon. nō
eſt pctm̄. videt tñ ne angelꝰ ſathane trāſfiguꝛꝫ
ſe in angelū lucis ꝛ decipiatꝭ a ſpū maligno. i.
Joh. iiij. Nolite oī ſpūi credere. ſꝫ ꝓbate ſpi/
ritꝰ an ex deo ſint. Jtē dicit hoīem nec alteruꝫ
nec teipm. qꝛ hr̄ in cano. xxiij. q. v. nō eſt. Nō
eſt nrm̄ moꝛtē arripe. ſꝫ illatā ab alijs libenter
accipe. Nā habet̄ ibidē ca. ſeqnti placuit: ꝙ nō
eſt ꝑ eis oꝛādū q̄ ſeipos occidūt niſi in feruo/
re facerēt ꝛ mera fatuitate. J Jtem dicit
in ꝑuata pſona. Si enim eſt pſona cōis vt iu
dex. aduocatꝰ. tūc cōpetit illi ex officio ꝛ de pce
pto. Exo. xxij. Maleficos ne patiaris viuere.
Dicit nāqꝫ ſctūs Tho. ij. ij. Sicut ꝓ ſalute to
tius coꝛpis abſcindit̄ mēbꝝ putridū. ſic male
factoꝛ abſcindendꝰ eſt vt ſaluet̄ cōe bonū. Vñ
in cano. xxiij. q. v. rex. Rex dꝫ furta cohibere.
adulteria punire. impios de terra ꝑdere. parri
cidas ꝛ ꝑiuros nō ſinere viuere. filios ſuos nō
ſinere impie agere. Cur oꝛat̄ pro pſidentibꝫ. i.
Thi. ij. Obſecro igit̄ ꝑmū oīm fieri obſecrati
ones. oꝛōnes. poſtulatiōes. grāꝝ actiōes ꝓ oī
bus hoībꝫ. ꝓ regibꝫ ꝛ oībꝫ q̄ in ſublimitate cō
ſtituti ſūt. vt q̄etā ꝛ trāquillā vitā agamꝰ ī oī
pietate ꝛ caſtitate. Et talē hr̄e nō valemꝰ niſi
occidant̄ mali. Jō Ro. xiij. Miniſter dei nō
ſine cā gladiū poꝛtat. ſ. in defenſionē bonoꝝ ꝛ
vindictā maloꝝ. nā timēdū ē eo ꝙ reges ꝛ ꝑn
cipes ſūt negligētes extirpare malos eos īcur
rere irā dei. ſicut ſaul. i. Re. xv. q̄ nō occidit a/
gag regē. iō per ſe fuit ꝑuatꝰ regno. Jō moy/
ſes collaudauit occiſoꝛes ydolatraꝝ. Exo. xx/
xij. Cōſecraſtis manꝰ vr̄as hodie dño vnuſq

q̃ſqꝫ iu filio ⁊ in fratre ſuo. propter qḋ dixit de
ꝑncipibꝫ nolentibꝫ eradicare pctõres legẽ dei
puaricantes Num. xxv. Tolle cunctos ꝑnci/
pes ⁊ ſuſpẽde eos ↄtra ſolẽ in patibul: vt auer
tat furor me⁹ ab iſrl: ⁊ ſic phinees fili⁹ eleazar
auertit iram dei: eo ꝙ occidit peccãtes. Idcirco
habet in can. xxiij. q. viij. legi. Nõ eſt crudeli/
tas crimina ꝑ deo punire: ſꝫ pietas. ⁊ Hiero. ſup
Iſa. Nõ eſt crudelis q̃ crudeles iugulat: ſꝫ me/
ritoriũ: cũ fit amore iuſticie ⁊ ñ vindicte. Sꝫ
heu iã nũc implet illud. i. Reg. viij. Acceperũt
munera ⁊ puerterũt iudiciuꝫ. qlis fuit achab
cui dictũ eſt. iij. Re. xx. Quia dimiſiſti viruꝫ
dignũ morte. ſ. benedab de manu tua. erit aĩa
tua ꝑ aĩa ei⁹: ⁊ ppl's tu⁹ ꝑ pplo ei⁹. ⁊ Sene/
ca in li. de moribꝫ. Bonis nocꝫ q̃ malis parcit.
Idcirco eſt ſpẽs iuſticie extirpare malos. de q̃
ſalomon Sap. i. Diligite iuſticiã qui iudica
tis terrã. Nã cũ iudex reũ ↄdẽnat vł miniſter
taliter dãnatũ occidit. tale homicidiuꝫ pt eſſe
ſine pctõ: ⁊ aliqñ meritoriũ ſi fit amore iuſti/
cie ⁊ ↄſeruanõe boni cõis ſiue rei publice. Eſt
aũt pctm̃ qñ fit ex liuore vindicte vel ex dele/
ctatione fundẽdi ſanguinẽ vel ꝑ aliq̃ queſtu.
xxiij. q. v. Cũ miſter. Siłr ibidẽ ca. miles. reũ
nõ iudex ſed lex occidit. k Itẽ dicit notã
ter corpalr vel ſpũaliter: ad deſignãduꝫ ꝙ ho
micidiũ eſt duplex. ſ. corpale ⁊ ſpũale. Corpo
rale hoĩcidiũ fit q̃tuor mõis. Prĩo iuſticia
dictãte: ⁊ tale homicidiũ vt pdictũ eſt ſi fit a/
more dei ⁊ ex ordĩe iuſticie nõ eſt pctm̃. ſed qḋ
amplı⁹ eſt ſi prãtẽ iudicialẽ hñtes nõ puniũt
aliqñ pctã. tũc ſepe ab alienis dei iuſſu ꝑpter
diuĩe maieſtatis offenſaꝫ puniunt Deq̃ Am
bro. ⁊ ponit. xxiij. q. v. remittunt. §. Hinc no/
tandũ eſt ꝙ de⁹ aliqñ punit pctã ꝑ neſciẽtes. ſi
cut ꝑ ſennacherib. ij. Paralip. xxij. Itẽ ꝑ na/
buchodonoſor. iiij. Re. vl. Itẽ ꝑ antiochũ. ij.
Mach. v. Itẽ ꝑ ꝑncipeſ romanoꝝ ⁊ ꝑ nõnul
los reges gẽtiliũ pplm iſraeliticũ delinquẽteꝫ
puniuit. Vñ dicit dñs ꝑ ꝓphaꝫ yſaiam c. x.
Virga furoris mei aſſur. ipe aũt nõ cognouit
Per ſcientes pctã puniunt. ſicut ꝑ filios iſrł
voluit de⁹ peccata punire amorreoꝝ ⁊ chana
neoꝝ ⁊ aliaꝝ gentiũ q̃rũ terrã iſraeliticis poſſi
dendã dedit ⁊c. Scd̃o fit homicidiũ corpale
neceſſitate inſtigãte. ⁊ h̃ duplr. aut neceſſitas
eſt euitabił aut ineuitabił. Si euitabilis. ſ. ꝙ
homo pt honeſte euitare inſeq̃ntẽ ſe ⁊ nõ vult
ſed occidit. ⁊ tũc reus eſt homicidij. ⁊ pñiam
d3 agere tanq̃ꝫ ꝑ mortali. Si aũt neceſſitas ẽ
ineuitabilis. ſ. cũ q̃s occidit pſeq̃nteꝫ ſe nõ ex
odio vel rancoris fomite: ſꝫ ex animi dolore.

qꝛ aliter nõ poterat piculũ occiſiõis euadere.
talis nõ peccat. nec aſtringit ad pñiaꝫ niſi ad
cautelã. qꝛ pot timere ne illũ occiderit motus
ira vel liuore. vł de libidie vindicte ⁊ nõ ex ſo/
la neceſſitate defendẽdi. interiorẽ tñ pñiam ſp
debet hr̃e ꝙ in tantã venerit neceſſitateꝫ. vt di
cit Ganfredus ⁊ Hoſtien. L Item no
tandũ licet ꝑ ↄſuatione pſone ꝓprie in neceſ
ſitate ineuitabili aliquẽ liceat occidere. ne ipe/
met occidat. h̃ nullaten⁹ eſt licitũ ꝑ ↄſuatiõe
reꝝ tpaliũ. qꝛ vita ꝓximi eſt prepõnẽda rebꝫ
fortune. niſi hõ ex hac ablatione reꝝ tpalium
incurreret extremã neceſſitatẽ. vt ſi q̃s hret in
deſerto vnũ panẽ ꝑ ↄſuatione pſone ꝓprie. il/
lũ poteſt ꝑ neceſſitate vict⁹ ſui ſicut pſonaꝫ ꝓ
priã ↄſuare. Tercio fit caſu occurrente. ſꝫ ibi/
dem diſtinguẽdũ eſt. qꝛ aut dabat operam rei
licite: aut illicite. ſi illicite. puta ſi q̃s iecit lapi
dẽ vel ſagittã verſus loca vbi ↄſueuit eſſe trã/
ſitus hoĩm reus eſt homicidio. vt habet. xv.
q. i. merito. Oĩs hoĩes q̃ ſciẽtes faciũt qḋ nõ
licet vellent licere facere. ⁊ tal' efficit irreglaris
ſm Inno. vt pꝫ de homici. c. quidã. Si vero
dabat operã rei licite. vt ſi pulſauit ⁊ bacillus
aliquẽ interfecit. tale homicidiũ nõ eſt pctm̃:
qꝛ nõ voluntariũ. Aug. Nil pctm̃ niſi volun
tariũ. Quarto cõmittit homicidiũ corpale ꝓ
pria volũtate impellente ⁊ ↄſentiẽte. tale ſem/
per eſt mortale: qꝛ voluntariũ. niſi fieret neceſſa
ria defenſione. vt in bello iuſto. vt pꝫ. xxiij. q. i.
q̃ culpat. de tali occiſione dr Exo. xxi. Qui ꝑ
cuſſerit hoĩem volens occidere morte moriat.
Et h̃ homicidiũ corpale ⁊ voluntariũ adhuc
fit multiꝭ mõis. Prĩo ↄceptionẽ impediendo
vt onan fundẽs ſemẽ in terram. Gen. xxxviij.
Scd̃o ſterilitatẽ pcurãdo. Tercio tradendo
vt iudas chriſtũ Mat. xxvi. Quarto nõ libe/
rando cũ poſſet vel impediẽdo eũ q̃ poteſt li/
berare. Prouẽ. xxiiij. Erue eos q̃ ducuntur ad
mortẽ. Quinto pcipiendo. vt herodes iratus
mittẽs occidit mltos pueros Mat. ij. Sex
to ↄſulẽdo. vt cayphas Joh. xvi. Expedit vo
bis ⁊c. Septimo ↄſentiendo. vt achab q̃ con
ſenſit in necẽ naboth. cui dixit helyas. iij. Re.
xxi. Occidiſti inſup ⁊ poſſediſti in loco hoc i
quo linxerũt canes ſanguinẽ naboth. lambẽt
quoqꝫ ſanguinẽ tuũ. M Scd̃m eſt ho
micidium ſpũale. ⁊ hoc dupliciter. Vno mõ
prout q̃s occidit ſpũaliter ſeipſum peccando
mortaliter. Sap. xvi. Homo aũt occidit qui
dem per maliciã animã ſuam. ⁊ Sap. i. Os
autẽ qḋ mentitur occidit animã. De talibus
dicit Ps. lxi. Interficitis vniuerſi vos. Sꝫ

cūdo occidit q̄s ſpūaliter proximū. ꝛ h̄ multi
pliciter. Primo in corde odiendo. i. Joh. iij.
Qui odit fratrē ſuū homicida eſt. ꝛ ſic iudei
chriſtū occiderūt Sap. ij. Circūueniamus ğ
iuſtū q̄m inutil' eſt nob ꝛ ꝯtrari⁹ eſt opib⁹ no
ſtris ꝛc. Et ſic iudei ex inuidia facti ſunt ho/
micide: ꝛ theſaurizauerūt ſibi malū: inſipien/
tes ꝛ maligni oderūt ſapiam. et facti ſunt rei i
cogitatiōib⁹ ſuis. Scđo ore detrahēdo: q̄l/
le cui detrahit' occidit' in ꝯſcīa illi⁹ q̄ detractio/
nē audit in q̄ pri⁹ viuebat p bonā famā. de ta/
lib⁹ Hiere. ix. Sagitta vulnerās lingua eoꝝ
dolū locuta eſt. Nā ſm̄ Berñ. lingua detra/
ctoris eſt acutiſſima q̄ tres penetrat vno ictu
q̄ſi gladi⁹ triceps. pš. lxiij. Exacuerūt vt gla/
diū linguas ſuas Tercio nō arguēdo. de quo
Gre. ꝛ habet' xliij. di. ephe ſijs. Quia cū incre
pare delinquē: eos noluerit. eos ꝓculdubio ta/
cendo paſtor occidit. de q̄ etiā Ezech. iij. ꝛ xxx
iij. ca. Si dicēte me ad impium: impie morte
morieris: ꝛ nō fueris locutus ei vt ſe cuſtodiat
impi⁹ a via ſua mala. ipe impi⁹ in iniquitate
ſua morietur: ſanguinē aūt ei⁹ de manu tua req̄/
ram. Jō Actu. xx. di. apl's. Mūde ſūt man⁹
mee a ſanguie oīm vr̄m. non enī ſubterfugi q̄
min⁹ annunciarē oīne ꝯſiliū dei vob. Grego.
Mūdus a ſanguie coꝝ nō eſſet ſi eis dei ꝯſili
um ꝓnūciare noluiſſet. Quarto malo exēplo
ſcandalizādo ꝛ corrūpendo Ro. xiiij. Noli ci
bo tuo ꝑdere illū ꝑ quo chriſt⁹ mortuus eſt. ꝛ
Mat. xviij. Ve illi ꝑ quē ſcandalum venit.
Quinto miſicordiā in extrema neceſſitate de/
negando. De q̄ Amb. Paſce fame morientē
ꝛ. i. xxxvi. di. paſce. Sexto bona paupeꝝ rapiē
do Ecci. xxxiiij. Qui aufert in ſudore panē q̄
q̄ occidit ꝓximū ſuū. Et ponit in eodē loco ra
tionē di. Panis egentiū vita paupeꝝ eſt. qui
defraudat illū hō ſanguinis ē. Septimo ho/
micidiū ſpūale fit hoiem ad peccandū cōpellē
do. de q̄ Aug. ꝛ ponit' xxij. q. v. Ille q̄ hoiē ꝓ/
uocat ad iurationē: ꝛ ſcit eū falſuꝫ teſtimoniū
iuraturū eſſe vincit homicidā. Dicit glo. bar/
tho. brixieñ. Non intelligas q̄ plus peccat
piurus q̄ȝ homicida. imo ille pl⁹ peccat. vt. xiij
di. c. i. Sȝ dr̄ eū vincere: q̄ȝ mai⁹ dānuȝ facit:
q̄ȝ mai⁹ dānū eſt in amiſſiōe vni⁹ anie q̄ȝ mil/
le corpoꝝ. vt. xxiij. q. iiij. Si habes. Et oīs tal'
ita occidens ꝓximū corꝑaliter ſine iuris ordi
ne vl' ſpūaliter: vt dictū eſt: reus erit iudicio:
id eſt dign⁹ iudicari ad morteꝫ. vt habet' Le/
uiti. xxiiij. Qui ꝑcuſſerit ꝛ occiderit hominē
morte moriat': q̄ȝ lex punit ſm̄ talionē: vt dici
tur ibidē. ¶ Dixi tercio docet cōcordie

ꝓcurationē. ibi. ſi offers mun⁹ tuū: ꝛ h̄ dixi in
p̄mo ſer. hui⁹ dñice ſexte: q̄ in ordie eſt ſermo
cxv. in lr̄a D. Pro q̄ ſciendū triplex ē mun⁹:
ſcꝫ a corde ab ore ꝛ ab ope. Primū munus eſt
a corde. ꝛ ē dei amor ꝛ dilectio. illud ſūme pla/
cet deo: q̄ȝ ſine illo non placent v̄ba p grātiaꝛ/
ctionē. nec corꝑa p mortificationē: nec res p e/
lemoſynā: vt pꝫ Lu. xviij. de phariſeo q̄ grās
egit di. ieiuno bis in ſabbato ꝛc. ieiunauit cor
pus caſtigādo. res in decimas dedit nec ꝓfuit
ei: q̄ȝ nō obtulit deo mun⁹ cordis: ſcꝫ dilectio
nē. de q̄ Hylari⁹. Fruſtra eſt omis opatio niſi
dño deo impendat' dilectio. Altare aūt ad qđ
offerendū ē h̄ mun⁹ eſt altitudo trinitat'. de q̄
Exo. xx. Nō aſcēdas p grad⁹ ad altare meuꝫ
id eſt nō dicas prēm maiorē filio in diuinita
te vt arri⁹. q̄ȝ dicit Athanaſi⁹. Qual' pr̄ tal' fi/
lius tal' ſpūſſctūs. imēſus pr̄: imēſus fili⁹: imē
ſus ſpūſſctūs Scđm mun⁹ qđ offert' deo ē ab
ore vt orō: de q̄ Pš. cxl. Dirigat' orō mea ſicut
incēſum ꝛc. Sȝ altare ē chriſt⁹. nā p ipm̄ offe
rim⁹ orōes deo patri Joh. xvi. Si q̄d petieri
tis prēm in noīe meo dabit vob. De h̄ altari
dr̄ Exo. xx. Altare de terra facietis mihi. ſed ſi
nō habes recōciliationē fratris illud munus
nō acceptat' De q̄ Iſido. Sicut nō ꝓficit me
dicamentū vbi ferrū eſt in vulnere. ſic nec orō
vbi dolus ē i mēte. Terciū mun⁹ eſt a manu
ſiue ab ope: ſcꝫ elēoſyna. ſed altare eſt cor nr̄m
cū immolam⁹ cū recta intentōe. De q̄ Mat.
vi. Neſciat ſiniſtra tua ꝛc. de q̄ altari habetur
Exo. xxvij. Facies ꝛ altare de lignis ſethim in
corruptibilib⁹: ꝛ ſic cor noſtrū nō debet fetore
corrūpi male intentiōis: q̄ȝ dicit Berñ. Vici
oſa intētio vicioſaꝫ facit aīam: neq̄ȝ h̄ munus
elēoſynaꝝ de⁹ accipit ſine recōciliatiōe fratris
Jō Criſ. Vide miam dei q̄ plus reſpicit ho/
minū volūtatē q̄ȝ ſuū honorē: plus diligit cō
cordiā hoim q̄ȝ mūera. Vñ Gre. Nullū mu
nus acceptat' vbi ꝯcordia ab aīo repellitur.
Sȝ di. eſt ne mod⁹ recōciliādi. Rñdet Criſ.
ſup Matt. Si cogitatu offendiſti. cogitatu
recōciliare. ſi v̄bis: v̄bis recōciliare. ſi fact': fa
ctis recōciliare. niſi enī frēm quē leſiſti factis
placaueris ſine cā oras deuꝫ. ſine cā elēoſynas
facis de reb⁹ quib⁹ alios expoliaſti: q̄ȝ hr̄ Ec/
cli. xxxiiij. Dona iniq̄ꝝ nō ꝓbat altiſſim⁹ Sȝ
di. nō poſſuꝫ eū hr̄e p̄ntē quē leſi q̄uō poſſū re
cōciliari. Rñdet Aug. ſup eodē v̄bo recōcilia
re di. ſi abſens eſt vade nō pedib⁹ ſȝ aīo ꝓſter
nas te in ꝯſpectu dei cui oblatur⁹ es. ſi v̄o ꝓpe
vl' p̄ns eſt reuocādus eſt ad amorē. ei v̄o qui
te leſerit dimittendo cordis rancorem.

Dominica ſeptima. Sermo.CXX.

Miſereoꝛ ſuper turbã. Mar.viij. ¶ De⁹ miſeret̃ quadruplicit̃er. pmo indifferẽter. ſcdo indeſinẽter. tercio ſufficiẽter. q̃rto cõuenienter. Dixi pmo de⁹ miſeret̃ indifferenter ſine pſonaꝝ acceptiõe. qd̃ ptꝫ in hoc: q: omĩbus miſeret̃. Ecci.xxviij. Miſeratio hoĩs circa proximũ ſuũ. miſericoꝛdia aũt dei ſup oẽm carnẽ. vbi declarat miſericoꝛdiã dei latioꝛẽ miſericoꝛdia hoĩs. vt hoĩbꝫ dici poſſit illud Oſee.vi. Miſericoꝛdia vr̃a q̃ſi nubes matutina que eſt in vno loco ꝛ nõ in alio. miſericoꝛdia aũt dei extendit ſe ad omẽs. Sap.xi. Miſereris oĩm dñe ꝛc. diligis eni oĩa que ſunt. Reuera oĩa: q: diligit pctõꝛes. Aug. Si de⁹ peccatores nõ dilexiſſet: de celis ad terrã nõ deſcendiſſet. Mat.ix. Nõ veni vocare iuſtos ſꝫ pctõres. ꝛ ſic miſeret̃ pctõꝝ in tribꝫ. vt ptꝫ in ſequẽtibꝫ. Itẽ diligit penitẽtes. Malach.i. Jacob dilexi. ꝛ iacob interp̃tatur ſupplãtatoꝛ. ꝛ ſignificat penitentẽ vicia ↄculcantẽ. Itẽ diligit iuſtos Prouer.viij. Ego diligentes me diligo. Nota q̃uis miſ̃icoꝛdia dĩ extẽdat ſe ad omẽs: nõ tñ omẽs capiũt eaꝫ: q: nõ omẽs ſunt diſpoſiti ad recipiendũ eam. idõ aliq̃ ſunt indigni. Primi miſericoꝛdiã ñ petẽtes a deo. de q̃bus Ecci.xvi. Nõ exoꝛauerunt p pctis ſuis antiq̃ gigantes q̃ deſtructi ſunt ↄfidẽtes ſue virtuti idõ nõ miſert⁹ eſt illis. Jõ Ecci.xxi. Fili peccaſti nõ adijcias iteꝝ. ſed ꝛ de p̃ſtinis dep̃care vt tibi dimittant̃. Chriſ. Si erit qui inuocet erit q̃ exaudiat. Scdi ſue v̇tuti ↄfidẽtes. De quibꝫ Ecci.xvi. Deſtructi ſunt ↄfidentes ſue v̇tuti ꝛ nõ pepcit p̃egrinatiõi illoꝛuꝫ. Et ſunt qui ↄfidũt in ſe. pſ̃.lvi. Miſerere mei de⁹ miſerere mei: quoniã in te ↄfidit aĩa mea. Ber. Oleũ miſericoꝛdie pone in vaſe fiducie. Magiſter in.iij. diſ.xxvi. Spes eſt certa expectatio future beatitudinis. p̃ueniẽs ex dei gratia ꝛ meritis ꝛc. Et ſubdit. ſine meritꝭ nõ eſt ſpes ſed p̃ſumptio. Tercij ſunt deũ nõ timẽtes. Eccleſ.i. Qui ſine timoꝛe eſt nõ poterit iuſtificari. ꝛ Ecci.iij. Coꝛ durũ male habebit in nouiſſimo. pſ̃.cij. Q̃uo miſeret̃ pater filioꝝ: miſert⁹ eſt dñs timentibꝫ ſe. Bern. In veritate didici nihil eque valere ad miſericoꝛdiã dei recuperandã inueniendã ꝛ retinendã q̃ꝫ nõ altuꝫ ſape ſed timere. Quarti immiſericoꝛdes Jaco.ij. Judicium ſine miſericoꝛdia fiet illi ꝛc. Ecci.xxviij. In hoĩem ſilẽm ſibi nõ habꝫ miſericoꝛdiã: ꝛ de peccatis ſuis dep̃catur. Eccl.xvi. Omis miſericoꝛdia faciet locũ vnicuiq̃ ſ̃m merita opeꝝ ſuoꝝ. ꝛ ſ̃m intellectũ p̃egrinationis ipi⁹. Intellect⁹ eni p̃egrinari dꝫ ad ſingulos p̃ximos. ¶ Sunt eni tres p̃ximi quibꝫ debem⁹ miſereri. P̃xim⁹ eſt de⁹ q̃ eſt p̃ximus nr̃ tripliciter. Pꝛio in bñficioꝝ exhibitione Lu.x. Quidã hõ deſcen. ꝛc. ꝛ ſequit̃ q̃ fecit miam. ꝛ q: nemo tantã miam nob exhibuit ſicut de⁹. idõ eſt p̃ximioꝛ. Scdo p̃ximus eſt in diſtãtie p̃ximatiõe. Actu.xvij. Nõ longe eſt ab vnoquoq̃ nr̃m. in ipo eni viuimus ꝛ mouemur ꝛ ſum⁹. q̃ intantũ nob p̃xim⁹ eſt vt vnus ſpũs eſt nobiſcũ. Bern. Nemo p̃ximioꝛ eſt nob deo q̃ manet in nobis ꝛ nos in eo. q̃ nõ ſoluꝫ p̃xim⁹ ſed vn⁹ cũ ſpũ nr̃o. i.Coꝛ.vi. Qui adheret deo vnus ſpũs efficitur cum eo. Tercio eſt nr̃ p̃xim⁹ cognatiõe. q: p̃r ſ̃m diuinitatẽ. Mat.xxiij. Un⁹ eſt eni pater vr̃ qui i celis eſt. ꝛ eſt frater ſ̃m hũanitateꝫ. Hebꝛe.ij. Nõ ↄfundit̃ eos fratres vocare. ergo ampl⁹ eſt cõpatiendum ei q̃nto eſt p̃ximioꝛ. pſ̃.xxiiij. Reſpice in me ꝛc. Scds p̃xim⁹ ẽ vnuſquiſq̃ ſibiipſi. Bern. Quis mihi germanioꝛ vnico matris mee. cui tanto miſereri debemus q̃nto miſeriaꝫ p̃ ceteris intuemur. Eccli.xxx. Miſerere anime tue ꝛc. Bern. Nõ ↄſequit̃ dei miſericoꝛdiã q̃ nõ cognoſcit ſuã miſeriã. Tercius p̃xim⁹ eſt q̃libet chꝛiſtian⁹. Epheſi.iiij. Eſtote inuicẽ miſericoꝛdes ꝛ benigni. Mat.v. Beati miſericoꝛdes. Quinti q̃ nõ capiunt dei miſericoꝛdiã ſunt elati. Aug. de libero arbitrio. Nil tam indignũ reddit hoĩem dei miſericoꝛdia ſicut ſup̃bia Ecci.vij. Humilia valde ſpũm tuũ. Rõ Aug. Huic miſericoꝛdiaꝫ ſuã oñdit q̃ ſup̃bire neſcit. ¶ Scdo miſeretur dñs indeſinẽter. pſ̃.cij. Miſericoꝛdia domini ab eterno ꝛc. nã miſericoꝛdia dei non habet p̃ncipiũ neq̃ finẽ. p̃pter qd̃ Ozias reprobat⁹ eſt a iudith ca.vij. q̃ dixit. hos q̃nq̃ dies expectemus a dño miſ̃icoꝛdiã. cui dixit iudith aliis. Uos eſtis q̃ temptatis dñm. nõ eſt iſte ſermo q̃ miſericoꝛdiã p̃uocet: ſꝫ poti⁹ q̃ irã excitet ꝛ furoꝛẽ accendat. poſuiſtis vos tps miſeratiõis dñi. ꝛ in arbitriũ veſtrũ diẽ ↄſtituiſtis ei. Et bñ reprobat⁹ eſt Ozias taliter a iudith: q: dꝛ Iſa.liiij. In miſ̃icoꝛdia ſempiterna miſert⁹ ſum tui. Reuera q: nũq̃ miſericoꝛdia dei nos deſerit nõ deſeram⁹ eam. Iſa.xlix. Nũquid obliuiſci põt mlier infantẽ ꝛc. pſ̃.lxxvi. Nũquid obliuiſcet̃ miſereri de⁹. Etiã ſi punit. pſ̃.cxl. Coꝛripiet me iuſt⁹ i miſ̃icoꝛdia. Abachuc.iij. Cuꝫ iratus fueris miſericoꝛdie

recordaberiſ. Bern. O bone ieſu cū ſentio te ira tū ſpero te ꝓpiciū. Tercio miſeret̃ nr̃i ſufficiē ter vl' ſuperfluenter ſine eſtimatōe. Caſſiodo. ſup pſ. Quis enarrare ſufficiat q̄nta ſit di mi ſericordia vt filiū de celo deſcenderet terreno cor pore indueret. ⁊ p nr̃a redemptiōe expoſuit. Anſ. in li. cur deꝰ hō. Quid miſericordius in telligi valeat q̃ꝫ q peccatori eternis tormētis de putato ⁊ nō hn̄ti vn̄ redimat deꝰ pater dicat. accipe vnigenitū meū ⁊ da ꝓ te. ⁊ ipſe filiꝰ. tol le me ⁊ redime te. Quarto deꝰ miſeret̃ ꝯueniē ter ſine culpaꝫ approbatiōe. licet eni miſereat mala facienti. nō tn̄ approbat ea. Thob. xiij. Ipſe caſtigauit nos ꝓpter iniq̄tates nr̃as: et ipſe ſaluabit nos ꝓpter miſericordiā ſuā. Duo dicit hic de deo. ſ. q caſtigat et ſaluat. caſtiga tio eſt iuſticie. ſaluatio miſericordie. nō eni cō ueniēter miſereret̃ niſi caſtigaret. q: daret licē tiam peccādi. Vn̄ Amb. de officijs. ⁊ ponit̃ i cano. xxiij. q. iiij. eſt iniuſta. vbi dicit in fine. Facilitas eni venie incentiuum tribuit delin quendi.

De eadem dn̄ica.
Sermo. CXXI.

Cum turba mul ta eſſet cū ieſu Mar. viij. R Dicit Conſtātinꝰ. illa aqua fluui alis q̄ tendit v̄ſus ortū ſolis ⁊ q̄ ab altioribus montibꝫ ortū ſumit laudabilior eſt q̃ꝫ illa q̄ tē dit ad occaſum. q: ꝑma ſecū portat aurū ⁊ la pides ꝓcioſos: ſꝫ nō ſcd̄a. Spūaliter. ꝑ aquā ſacrā ſcripturā intelligimꝰ. naꝫ ſicut aq̄ lauat ſordes. ſic ſacra ſcriptura ignorātias. Joh. xv Jam vos mūdi eſtis ꝓpter ſmonē meū. mū di ſcꝫ ab ignorātia ⁊ a pctō infidelitatiſ. mō il la ſcriptura melior ⁊ vtilior eſt q̄ tendit v̄ſus ortū ſolis. i. q̄ fit ꝓpter deū ſoleꝫ iuſticie: ⁊ q̄ ab altioribꝫ montibꝫ. i. a melioribꝫ hoībꝫ ꝑdicat̃ q̃ꝫ que fit a phariſeis q̄ predicāt ꝓpter vanaꝫ gliam. Mat. xxiij. Omia opa ſua faciūt vt vi deant̃ ab hoībꝫ. Jō beatꝰ Hiero. in ꝓlogo ſu per ꝑma ad Corīth. dicit. q corinthij ſubuer ſi erant a falſis aplīs. quidā a philoſophie v̄ boſa eloquētia. ſed cū apl's eos correxiſſet ſcri bens ab epheſo ꝑ diſcipulū thimotheū. ipi ve ritatē apl'i in docēdo ꝑpenderūt ⁊ falſos apo ſtolos abiecerūt. Sic ⁊ galathe q̄ ſunt greci: ⁊ ab aplo verbū v̄itatis receperūt. ⁊ poſt eius receſſuꝫ a falſis aplīs vt in legeꝫ circūciſionis verterent̃ temptati ſunt. ſꝫ apl's reuocauit eos ſcribens ab epheſo. ⁊ ipi vanitatē eorū ⁊ apl'i

veritatē ꝑpendentes ſecuti ſunt aplm̄. Sic ⁊ turba iudeorꝫ intelligens phariſeos nō habe re intentionē rectā in ꝑdicando. ſꝫ ꝓpter vanā gliam eos dimiſerūt chriſtū ſecuti q̄ nō que ſiuit gliam ſuā: ſꝫ pr̄is Joh. viij. ſm̄ qđ dicit̃ i euāgelio. In cuiꝰ ſn̄ia duo innuunt̃. Primo chriſti pietas ⁊ miſeratio. ibi. cuꝫ turba. Se cūdo diſcipulorꝫ ambiguitas ⁊ turbe ſatura tio. ibi. vn̄ illos q̄s. De ꝑmo dicit. in illo tem pore. poſtq̃ꝫ chriſtꝰ ſanauit filiā mulieris cha nanee aſcēdit in montē ⁊ ſecute ſunt euꝫ turbe multe: ⁊ ſanabat eos. ita vt mirarent̃. iō dicit. cū turba multa ⁊c̄. Nā dei ſocietas eſt delecta bilis ⁊ gaudioſa. ſed hoīm ſocietas eſt piculo ſa. Primo q: impedit intellectū. Sen. Quoti ens inter hoīes fui totiēs minꝰ ꝑfectus redij. Maria in turba hoīm ꝑdidit ieſum Luc. ij. Exiſtimātes eū in comitatu. Jō btūs Arſe nius q̄ erat inclitꝰ in curia imperatoris cuꝫ ora ret vt deus eū in viā ſalutis dirigeret: facta eſt vox ad eū. Arſeni fuge hoīes ⁊ ſaluaberiſ. Se cūdo impedit affectū ſicut aer corruptus cor rūpit corpꝰ: ⁊ aqua imutat vinū. et poma cor rupta corrūpunt alia. Ecci. xiij. Qui tetige rit picē inq̄nabit̃ ab ea. et qui cōicauerit ſuper bo induet ſupbiā. Vnđ legit̃ in vitaſpatrum. Cū quidā duce angelo ad locū ſolitariuꝫ ve niſſet in q̄ erat palma et fons: et ibi diu pn̄iaꝫ egiſſet comedens de palme fructibꝫ ⁊ bibens de fontis aqua. diabolꝰ ei inuidēs aſtitit i ſpe cie curſoris. et incipiens admirādo dicebat. forte iſte eſt quē q̄ro: imo ipe eſt. et aggreſſus eū ait. Ecce tādiu q̄ſiui te ⁊ nūc inueni. veni i domū pr̄is tui. nūc eni mortuꝰ eſt. ⁊ cōpetit ti bi hereditas ꝑ qua amici incipiūt litigare. et niſi cito veneriſ inſtat magnū piculū. cū auteꝫ veneris poteriſ diſtribuere cui volueris. et ceſ ſabit piculū. Acq̄euit ille ⁊ ſecutꝰ venit in do mū pr̄is ⁊ ille euanuit. inueniēs pr̄em viuuꝫ ꝯfuſus eſt ⁊ apud eū remāſit relicta ſolitudie et ſceleratꝰ factus eſt: ⁊ miſerabil'r vitā finiuit. Vn̄ Ecci. xviij. Nō oblecteriſ in turbis nec i modicis. Vn̄ habet̃ in cano. xli. diſ. clericus. Societas req̄rit ꝯcordiā morꝫ. pſ. xvij. Cuꝫ ſancto ſctūs eris ⁊c̄. ⁊ ſic hec turba cū chriſto. S Aliq̄ eni q̄rūt in ſocio ſapiam. ⁊ ſic il li in chriſto. Col. ij. In q̄ ſunt omēs theſauri ſapie ⁊ ſcie abſconditi. Aliq̄ ꝓpter pulcritudi nē. pſ. xliiij. Specioſus forma ꝑ filijs ⁊c̄. De cuiꝰ pulcritudine dicit btā agnes. Cuiꝰ pul critudinē ſol ⁊ luna mirant̃. Aliq̄ ſociāt̃ ſeculi cui ꝓpter emolimentū ⁊ ꝑfectū bonitatiſ: ⁊ illa inueniūt in chriſto. Sap. vij. Venerunt mihi

R